



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

62. Christus formulam precandi tradit.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

& non susceperint vos, exeuntes in plateas ejus, dicite: Etiam pulverem, qui adhæsit nobis de civitate vestrà, extergimus in vos: tamen hoc scitote, quia appropinquavit regnum Dei, *Luc. 10. & 7. 8. 9. 10. 11.* Dico vobis, quia Sodomis in die illa remissius erit, quàm illi civitati. *Luc. 10. & 12.*

## MEDITATIO LXII.

*Christus formulam precandi tradit.*

I. **F**Actum est, cùm esset in quodam loco forans, ut cessavit, dixit unus ex discipulis ejus ad eum: Domine, doce nos orare, sicut docuit & Ioannes discipulos suos. *Luc. 11. & 1.*

II. Et ait illis: Cùm oratis, dicite: Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. *Matth. 6. & 9. & 10. Luc. 11. & 2.* Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra. *Matth. 6. & 10.*

III. Panem nostrum quotidianum (superfubstantialem, *Matth. 6. & 11.*) da nobis hodie. *Luc. 11. & 3.* Et dimitte nobis debita nostra, *Matth. 6. & 12.* peccata nostra, *Luc. 11. & 4.* Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: *Matth. 6. & 12.* Siquidem & ipsi dimittimus omni debenti nobis, *Luc. 11. & 4.*

Et

Et ne nos inducas in tentationem. *Matth. 6. v. 13. Luc. 11. v. 4.* Sed libera nos à malo Amen. *Matth. 6. v. 13.*

## MEDITATIO LXIII.

*Christus parvulos amplectitur, & manus eis imponit.*

I. **O**blati sunt ei parvuli, ut manus eis imponeret, & oraret. *Matth. 19. v. 13. Marc. 10. v. 13.* Afferebant ad illum & infantes, ut eos tangeret. *Luc. 18. vers. 15.* Quod cum viderent discipuli, increpabant illos. *Luc. 18. v. 15. Matth. 19. v. 13.* Discipuli comminabantur offerentibus. *Marc. 10. vers. 13.*

II. Quos cum videret Iesus, indignè tulit, & ait *Marc. 10. v. 14.* convocans illos: Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos: *Luc. 18. v. 16.* ne prohibueritis eos: *Marc. 10. v. 14.* talium est enim regnum cælorum. *Matth. 19. v. 14.* regnum Dei. *Marc. 10. v. 14. Luc. 18. v. 16.* Amen dico vobis; Quisquis non receperit regnum Dei velut parvulus, non intrabit in illud. *Marc. 10. v. 15. Luc. 18. v. 17.*

III. Et complexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos. *Marc.*